

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

August Varenius Hieronymus Koch

**Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor. Universitatis
Rostochiensis Rector Ad Funus Senatorium ... Dn. Hieronymi Koch/ Reipubl.
Rostoch. Camerarii ... Omnes omnium ordinum cives Academicos peramanter
invitat**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771232438>

Druck Freier  Zugang



Varenius, A.,

in H. Koch.

R. 1652.

AUGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor.

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

AD

Funus Senatorium

PRUDENTISSIMI ET AMPLISSIMI

VIRI

Dn. HIERONYMI Röch/

Reipubl. Rostoch. Came-

rarij Spectatissimi,

Hodie horâ I. in Templo Marianoparandum

Omnes omnium ordinum cives Academicos

peramanter invitati.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Academ. Typogr.

Anno M. DC. LII.

ави. ГРАУ в. 2077
бюллетень
гидрометеорологической
обстановки
СССР
Краснодарский край
1960 год

54



Oleumne jam messis agitur justiti-
um, qvo nostro orbi latior it dies, & soles
melius nitent, qvo, coronante Deo annum
gratia sua, pariter intonare nobis licet
cum Davide: Die Anger sind voll mit
Schafe / und die Awen stehen dick mit
Korn, daß man jauchzet und singet/ Psal.

65. 15. Id gaudium ne quis ad solos, qui ruri rurant ho-
mines, ab illis, qui in æstuoso hoc anni tempore velut
cochlea in occulto latenter proscribat, idem David prohibet,
qui & hoc nomine benedicit summo Deo, quod germe-
nare faciat lætas segetes, & ipsum IHOV AH in his operib-
suis lætari dicit Ps. 104. v. 14. & 31. Ne quis ipsam rurationē
& messem ad vilissima capita proscribat, præter exempla
quæ in sacris sunt annalibus, prohibent Manili, Camilli, &
ille de qvo in panegyr. de 4. Cons. Honor. Claud.

Sordida Serranus flexit Dictator aratra.
Lustrata lictore casæ, fascesq; salignis
Postibus affixi: collectæ consule messes
Et fulcata diu trabeato rura colono.

Prolixum esset, officium coloni hoc ipso messis
tempore, qvo stetit dives ager frugum, hic exprimere:
& quid veteris religionis in nostris superest messi-
bus: ubi illa tam solemniter messori præscripta Eucha-
ristia, illa jubilea ruris celestis mata, in Cyclopicos omniq;
barbarie magis barbaros boatus, impurasq; scortorū in-
vocationes pariter ac foeditates degeneraverunt: & illa
lata ac sancta saturitas, in beluinas transiit corporū pariter

ac mentium faburrationes. Cœterū illas messis anomā-
las ruri suo (optandum autem non maiores in urbibus
esse) relinquamus, & qvod huic *funebri programmati* con-
venientiū est *hoc communi messis gaudio penitiū inspicia-*
mus. Ecce enim, informi atræq; soli glebae parvum &
vile semen seqvestratur: & ex illo semine, ex illo recon-
ditorio, tellure, prodit, qvæ ipsam Salomonis purpu-
ram (testor Sapientiam!) in pudorem dare possit, *lata-*
seges: qvid hæc aliud loqvitur, qvam *resurrectionem mor-*
tuorum? Occurrit hic commode Tertull. lib. d. resurr.
carnis: *Restitutio, inquit, carnis, facilior est institutione: A-*
spire ad ipsa exempla divina potestatu. Dies moritur in noctem,
& tenebris usq; veq; vaq; sepelitur: funestatur mundi honor, omnis
substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta: ubiq; vè
justitium est, quies rerum. Ita lux amissa lugetur. Et tamen,
rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem & integra, & to-
ta universo orbi reviviscit, interficiens mortem suam noctem.
Revolvuntur hyemes, astates, & verna, & autumna, cum suis
wiribus, moribus, fructibus. Quid ipse etiā terræ de cœlo discipli-
na est, arbores vestire post spolia, flores denuò colorare, herbas rur-
sus imponere, exhibere eadem. quæ absunta sunt, semina: nec prius
exhibere, qvā absunta: ita terra, de fraudatrice, servatrix:
uerreddat, uerincipit, ut custodiat, perdit: ut integrat, vitiat, ut
etiam ampliet, prius decoquie: uberiora & cultiora restituit,
qvā extermiavie. Totus igitur hic ordo revolutiōis rerum,
restatio est resurrectionis mortuorum. Occurrit, qui di-
gnissimis Ecclesiasticā, & dogmaticā mysterij gravita-
te versibus rem totam expressit Prudentius,

Quæ pigra cadavera pridem,
Tumulis putrefacta jacebant,
Volucres rapientur in auras,
Animas comitata prioræ,
Sic semina siccavirescunt;

Jam

Jam mortua, jamq; sepulta,
Quareddita cespite ab imo,
Deteres meditantur aristas.

Omnium divinissimè autem Apostolus 1. Cor. 15. 35.
36. 42. Dicet alius: quomodo suscitantur mortui, quali produ-
bunt corpore? In sapientia, qvod tu seris non viviscit, nisi mortuum
fuerit: & qvod seris non corpus oriturum seris: sed nudum gra-
num tritici: sed Deus ei dat corpus ut voluit. Ita erit & resurre-
ctio mortuorum: seritur corpus cum corruptione: suscitatur cum
incorruptione: seritur fædum: suscitatur gloriosum: seritur cum
virium carentia: suscitatur cum potentia: seritur corpus anima-
le: suscitatur corpus spirituale. Neq; ita solum messis nostra
resurrectionem loquitur & gloriam sanctorum resusci-
tatorum: sed & alias hic meditationes sacra fistit pagina.
Quid enim ipsum messis celestia? quid, qvæ totiens scri-
ptura prædicat, messis gaudia, qvam novissimum illud cele-
stia, quo ipse DOMINUS in celestia, in Voce Archangeli,
cum tubâ Dei descendet ē celo, & mortui in CHRISTO resurgent
primum: deinde nos viri qui reliqui erimus, rapiemur simul cum
eis in nubes in occursum Domini, in aera, & ita semper cum Do-
mino erimus. 1. Thess. 4. 16. 17. Qvænam ibi gaudia? ite-
rum hæc loquitur scriptura: GAUDIUM ET LÆTI-
TIA ÆTERNA ERIT SUPER CAPUT RE-
DEMOTORUM. Et jam sectæ falce congregantur se-
getes, incedunt grato manipulorum onere messores ju-
bilantes. Quid hoc aliud figuraret, qvam qvorsum ult-
timò respexit jam ante David? Ps. 126. 5. Qui seminarunt
cum lacrymis, merent cum cantu: Qui porrabante semen & flen-
tes ibant, cum cantu portantes manipulos suos redibunt: vel
id qvod ipse Christus exprimit: Filius hominis mittet An-
gelos suos cum tuba voce magna, & aggregabunt electros ejus à 4.
venient, à cælorum extremo ad eorum extremum: tunc duo erunt
in agro: unus adsumetur, & alter relinquetur Matth. 24. 31.

40. 41. Quidnam verò hoc messis futuræ spectaculo
splendidius, qvod gratius esse possit, quām cernere Mes-
sores Angelos cum his viventium fasciculis triumphantes ince-
dere & qvorsum autem lata leges immentarum messium?
Clarissimè Baptista: **CONGREGABIT TRITI-**
CUM suum in horreum Matth. 3. 12. qvodnam autem
illud horreum? Illud sc. qvod πνεὶ ἀτβέσωι igni infernali
(qui exures paleas s. impios, qui erunt tangram fenum,
zedorum, qvod antequam metatur, exaruit, quo non implet ma-
num suum messor, aut lacertum suum, qui manipulos facie, neq;
dicent qui transeunt: benedictio IHOV A adsit vobis Ps. 129. 6.
7. 8.) oppositum, & adeò id qvod novissima continet,
sententia: **VENITE BENEDICTI PATRIS MEI**
POSSI DITE REGNUM: & IBUNT JUSTI IN
VITAM ÆTERNAM, Matth. 25. 45. 46. Atq;
utihanc messiem novissimam verèq; Catholicam omnes
desideramus; uti vocem illam **IMMITTITE FAL-**
CEM: NAM MATURUIT MESSIS, à Ju-
dice viventium ac mortuorum JESU CHRISTO
Angelis messoribus intonari, exoptamus: ita propius
illà vitæ æternæ messe jam fruitur anima pië defuncti,
jam in fasciculo viventium ligata, jam ab ANGELIS
in sinum Abraha congregata, jam in illo vita etena horreo
conjuncta Patri CHRISTIANO Koch senatori Gustro-
viensi: jam Avo Paterno JOACHIMO Koch Cons. o-
lum Gustropiensi: jam Aya Paterna ANNÆ Schütten:
DN. JOACHIMI Schütten / Capitanei in Gue-
strow & Schwan / & Senatoris Gustroviensis filie: jam
Matri MARGARETAE Donsteins: jam Avo Ma-
terno HIERONIMO Donstein / Senatori apud Gu-
strovienses, & Illustrissimorum Principum Meckelburgiorum
Secretario: jam avia materna ELISABETHÆ Kleve-
nowen / PETRI Klevenow Senatori olim Gustrovi-
sis Fi-

sis Filiæ : jam Fratri JOACHIMO Röch/
Rostoch. Senatori anno hujus seculi XXIX d. 30. Martij
exeysijs solemnibus funerato : jam magno illi BAR-
THOLOMEO CLINGIO *eterno hujus Acad. orna-*
mento cuius filiam SOPHIAM Clingen Frater p. de-
functi conjugem honoravit, & viduam reliquit : jam v-
nnibus majoribus, qvi in Jesu Christo abiverunt, jam
quod optimum est, suo SALVATORI gloriose a-
dunata. Eqvidem & in hâc *vita messem*, pulcherrimo q.
messis fructus habuit *parva etate* : qvi simul Anno cl. 10
LXXXIX. Gustrovij in hac luminis oras editus est,
ex aqua & spiritu regenitus JESUM CHRISTUM, illud
nobile ZEMACH IHOVAH, totum induit : an-
non illa messis? qui cum in Academijs ROSTOCHI-
ENSI, TUBINGENSI, LIPSIENSI non sine
gloriâ ab Anno 1605. vixisset, in patriam reversus anno
hujus seculi 12 toro Honestissima nunc Matrone MARGA-
RETÆ, STEPHANI Gerdes Senatoris Rosto-
chiensis filiæ dignatus, Maritus : inde anno 1629. die so-
lemnî Mattiæ, Rostochiensis Reip. oppidana Senator, & Ca-
merarius per honestissima suffragia & gradus omnes
dici meruit : annon *messuit?* Id verè & hîc loqvuntur fru-
ctus tûm tori : tûm tori. Ibi enim sustulit felici Caiæ suæ
partu CHRISTIANUM nunc in Holsatiâ verbi Divini
ministrum : MARGARETAM. STEPHANI Dob-
bin Senatoris Rostochiensis præclari, Cajam, dum viveret,
mortalis, fidelissimam : STEPHANUM jam cælo co-
ronatum : HIERONTUM bellonæ in castris Sere-
niss. Sveciæ partum, nunc civem in Voizenburg. JOA-
CHIMUM sub Nobilissimo Turmæ DUCTORE
JOR DAN merentem : ANNA Mnondum conjugij
Sacramento obligatam virginem : cui tam latæ tori fe-
geti, si octo nepotes, qvorum septenarium ex una vidi-
MAR.

MARGARETA, addas, annon pulcherrima fuerit hæc messis conjugij? Qvos verò fructus qvam messem *Civis, Senator, Camerarius* publicè dederit, noverit tota hæc Civitas, noverit eadem, qvos fructus sacrâ verbi meditatio-ne, concionum freqventatione, honestâ & sanctâ ambulatione. Sacramenti Eucharistiae devotâ sumtione CHRISTIANUS dederit. Neq; dubitamus, qvin habuerit defunctus noster nobile illud *Trifolium*, qvod, qvò rarius hodie est, meritò in Litania ponitur; *Heiligen Meuth/guten Rath/ und rechte Werke.* Coeterum nobiliorem jam, & tali cui nulla intercedunt nubila, messe fruatur: quâ ut frueretur mente, opus fuit, qnâ *falcis scorbutica sectione*, qvam scorbutus die XXII. hujus mensis int̄tavit, mors expedivit, Anno àet. LXIV. magni Climacterici ut plurimū Energetico: sed qvid hæc *falcis lectio* effecit? præterqvam, qvod facilem exitum & illam, qvæ in votis Augusti fuit, ev̄ *devotionis* obtinuit, animæ qvoq; æterne messis gaudia dedit. Gratiamur hanc ev̄ *devotionis* & obdormitionem in Jesu CHRISTO nostro, qvem efferemus, confratri, eidemq; in magno illo CATHOLICÆ MESSIS DIE CORONAM precamur JUSTITIÆ. Vos, cives, funus Senatorium, ubi efferetur ad horam i. ad requiotorium freqventes comitate: & in hæc seculi messe, messem illam EXTREMI JUDICII religiosè cogitate: sed & ne nimis remotam vobis hanc messem imaginemini, meditandum vobis propono illud Augustini: *Unusquisq; debet etiam de die hujus vita sua novissimam formidare: in quo enim quemq; invenerit Iesus novissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi novissimus dies: quoniam qualis in die isto quisq; moritur, talis in die illo judicabitur.* Igitur HOC AGITE! velut solemnī Salvatoris vos vocem compellete: VIGILATE! P. P. ROST. sub

Sigillo Rectoris Universi. Anno 1652.
die 27. Julij.

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771232438/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771232438/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771232438/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771232438/phys_0016)

DFG

sis Filiae : jam *Franii JOACH*
Rostoch. Senatori anno hujus seculi XX
exequebus solemnibus funerato : jam n
THOLOMEO CLINGIO *eternu*
mento cuius filiam SOPHIAM Clin
functi conjugem honoravit, & viduam
mibus majoribus, qvi in Jesu Christo ab
quod optimum est, suo SALVATC
dunata: Eqvidem & in hac vita messis
messis fructus habuit o paxae pte: qvi sum
LXXXIX. Gustrovij in hac luminis
ex aqua & spiritu regenitus JESUM CH
nobile ZEMACH IHOVAH, to
non illa messis? qui cum in Academijs R
ENSI, TUBINGENSI, LIPSI
gloriâ ab Anno 1605. vixisset, in patriam
hujus seculi 12 toro Honestissima nunc Matr
RETÆ, STEPHANI Gerdes Se
chienensis filiae dignatus, *Marius: inde an*
lemini Mattiae, Rostochiensis Reip. oppida
merarius per honestissima suffragia &
dici meruit: annon messis? Id verè & hi
Etus tūm tori: tūm tori. Ibi enim fustulit
partu CHRISTIANUM nunc in Holsat
ministrum: MARGARETAM. STEP
bin senatoris Rostochiensis praetuli. Cajam
mortalis, fidelissimam: STEPHANUM
ronatum: HIERONTMUM bellonæ
niss. Sveciae partum, nunc civem in Boize
CHIMUM sub Nobilissimo Tuimæ
JORDAN merentem: ANNAM no
Sacramento obligatam virginem: cui tā
geti si octo nepotes, qyorum septenarium



och/
Martij
A R-
orn-
o. de-
am o-
am,
se a-
imosa
lo lo
s est,
illud
ian-
H I-
ine-
nno
DA-
sto-
so-
Ca-
nes
fru-
suæ
vini
ob-
et
co-
ere-
DA-
RE
bit
ie-
IL
AR

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 036